

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Lesung aus dem Evangelium nach Matheus

[urn:nbn:de:bsz:31-6715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6715)

LECTUS EVANG
MATHEVM

In illo temp. Videns ih̄c tur-
bas. ascendit in montem. Et
cum sedisset. accesserunt ad
eum discipuli eius. et reliquū.

**OMNIBUS
BENEFICIS
OPERIBUS
MEDICANTIS**
dilectissimi dño ih̄u xp̄o
euangelium regni. & diuer-
sos per totam galileam cu-
rante languores. in omnem si-
riam se uirtutum eius fama
diffuderat. & multe ex uni-
uersa iudea turbe. ad cele-
stem medicum confluebant.

Quia enim tarda est humane
ignorantie fides ad credenda
quae non uidet. et speranda
quae nescit. oportebat diuina
eruditione firmandos corpore
is beneficis et uisibilibus mira-
culis incitari. ut cuius tam be-
nignam experiebantur poten-

tiam. non ambigerent salu-
tarem esse doctrinam.

x. Ut ergo exteriores medelas dñs
ad remedia interiora trans-
ferret. et post sanitatem cor-
porum curationem operaretur
animarum. segregatus a
circumstantibus turbis. secessu
uicini montis ascendit. ad uoca-
tis apostolis. quos sublimioribus
instituit. ab edito mysticac
sedis imbueret. ex ipsa loci
atque operis qualitate signifi-
cans se esse. qui moysen quon-
dam suo fuisset dignatus allo-
quio. Illic quidem terribili
ore iustitia. hic autem sacra-
tore clementia. ut implere-
tur quod fuerat prophetae
hieremiae promissum dicen-
tis. Ecce dies ueniunt dicit
dñs. et disponam domum is-
rahel. Post dies illos dicit dñs
dabo leges meas in sensu ipso-
rum. et in corde ipsorum
xl. scribam eas. Qui ergo locutus
fuerat moysi. locutus est et